sidionem) -eret 25,34,6; ut gladios abiecisse -eret 28,3,11; ut -eret* haud procul exitio fuisse Ram classem 30, 10, 21; cum flecti misericordia patres -eret 42, 20; ut -eret dimicaturos 34, 46, 4; ut . . regis in eo indolem fuisse -eret 35, 15, 3; ut dilatum . . honorem -eret 24,5; cum . . -eret armis rem gerendam 36, 22, 4; quam (classem) ut exspectatam esse -eret 37, 13, 7; tantum pro-
10 gressus a castris, ut dimicaturum -eret 39,6; quo cum -eret omnes ferme conventuros 38, 30,5; ut . . paratum indicem esse -eret 40, 55, 5; ut caede . . laetatum (te) -eret 42, 40, 5; ut non exspectatam adhortationem esse -eret 45,7; consilium specie prima melius fuisse quam usu -urum (esse) 4,60,3; postquam -uit labare plebis animos 2, 39, 10; postquam . . nec commissuros se proelio -uit 4, 59, 2; postquam . . -uit nescire eos
20 victoria . . uti 6,30,7; -uit occasione magis quam virtute fretos venisse 7,12,4; ubi . . -uit nullam . . spem esse 22, 5, 6; ubi potentius iam esse id malum -uit 25, 1, 11; postquam -uit vi agendum 36, 13, 9; ut -uit nec numero se* nec virtute pares esse 38, 13, 12; cum . . pugnari posse -isset* 22, 34, 5; si simul liberatas ⟨Syracusas⟩ -isset 25,28,9*. — b) *acc. dat.:* cui non -et inopiam et miseriam civitatis . . legem scrip-
30 sisse . .? 34, 6, 16; cui enim non -re adfectare eum imperium in Latinos? 1, 50,4; iactari magis causam quam veram esse . . -re vobis . . puto 5, 53, 2; cui non -re . . id vitium auguribus visum? 8, 23, 16; cui non* -re id actum et quaesitum esse . .? 22, 34,9; cui* enim non -re ab eo . . iniuriam ortum 32,10,6; -bat [in*] omnibus (regem) mercedem multitudinis* timere 44, 27, 1; facile vobis -eret non laeti . . cordis hunc . .
40 risum esse 30, 44, 6; ut omnibus -eret non posse liberam Graeciam esse 32, 37, 3; ut Philocli . . -eret tyrannum . . descisse 40,5; cum satis et ipsis et omnibus aliis -eret ab rege impetratam eos libertatem . . habere 33, 38, 6; (38, 51, 4 *v. p. 589, 41;*) cum perfusum fletu -eret omnibus loqui non posse 40,12,2; ut omnibus -eret . . crimen facile revictum 16, 3; ut -eret sociis . . congredi regem cum legatis 42, 39, 7; ut omnibus
50 gentibus -eret arma pRi . . servientibus libertatem adferre* 45, 18, 1; -uit tribunis . . numquam fore . . crimini locum 6, 20, 10; postquam utrisque -uit nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur 33,2; cui*

ut satis -uit non taedere belli senatum 32, 37, 6; extemplo -uit omnibus . . bellum L. Aemilium gesturum 44, 18, 1; facile tamen -uisse sibi [non*] bellum parari 42,2,2. — c) *acc. adv., sim.: α)* brevi -uit adaequasse* eum Appi odium 2, 27, 4; -uit deinde piraticos . . lembos esse 37, 27, 4; (extemplo *v. supra 2;*) facile -bat munifice omnia . . facturos 37, 54, 1; quod f. -eret (factum esse) 2, 27, 6; ut f. -eret du- 10 cibus validiorem . . rem Ram esse 39, 2; ut f. -eret ne ipsos quidem iam postulare 8, 4, 10; ut f. . . -eret eis timendum esse 24, 31, 4; ut f. -eret nihil minus vereri quam* ne 26, 20, 3; ut f. -eret nihil . . gratius quam libertatem esse 33, 32, 9; ut f. -eret plus . . auxilii esse 37, 32, 5; ut f. -eret in ducem . . ea dici 39, 7, 3; ut f. -eret . . dignitatem suam tenere Ros non posse 37,18; ut f. -eret non diutius . . factu- 20 rum 40,3,1; ut f. -eret (Ros bellum) non dilaturos 42,15,2; *(v. p. 591, 39; supra 3;)* quo (proelio) f. -uit equitatu meliorem Poenum esse 21,47,1; — ut iam tum -eret maius regnum . . facturum 24, 49, 1; [inde *coni. Drak* 44, 27, 1; *cf. p. 591, 37;*] inde -uisse ventris quoque haud segne ministerium esse 2, 32, 11; id . . mox* -uit . . esse factum 45, 32, 4; — satis -bat neque Samnitem certamen praesens nec Rum dilationem belli 30 laturum 9, 43, 9; s. -bat . . ferociter omnia . . facturum 22, 3, 5; ut . . s. tamen -eret capi tantum castra militem Rum noluisse 2, 59, 3; ut s. -eret . . victam* legem esse 3, 11, 8; *(v. p. 591, 13; supra 1;)* ut eas non neglegi s. -eret 39,24,6; — tum primum referri pedem . . -uit 7,33,15; tum* vero -uit . . urbem oppugnatam esse 28, 20, 6. — *β)* [id*] sua sponte -bat tuta celeribus consiliis praepositurum 22,38,13; — quibus (*sc.* responsis) nec tum bellum parari nec diuturnam pacem fore -eret 4, 45, 4; *(v. supra 22.)* — quod si quis antea ignorasset, quae res Antiochum et Aetolos coniunxisset, ex legatorum sermone potuisse -ere . . inflasse vana spe atque inflatos esse 35, 49, 4.

3) *sq. interrog. indir.:* a) -bat, q[illegible] ea oratio in concilio motura esset 35,32[illegible] quod quia unde redigi (*sc. pecunia*) [illegible]tuerit, non -bat 45, 43, 9; ut -eret, qu[illegible] ab sano initio res in hanc . . insaniam [illegible]nerit 7, 2, 13; ne, quantum deminutae [illegible] piae forent, -eret 39, 20, 9; tamquam [illegible]

-eret, ubi designatus praetor esset 39, 9; cum . . -eret*, quid sentirent patres 42, 3, 10; cum -eret, quantum in eo praesidii esset 43,23,8; cum, quid* omnes suasuri essent, -eret 44, 26, 12; ut -eret, quantum pacificantium Rhodiorum auctoritas valuisset 35, 6; respondisse legatos -urum, quibus populis . . displicuisset 42, 43, 5; -uit, quae . . essent 6, 39, 1; -uit, quantam 10 excitatura molem vera fuisset clades 28, 24, 2. — b) confestim -uit, quam nulla inita . . gratia esset 33, 27, 7; facile -bat, -bat, quam cum inerti hoste res esset 36, 30, 5; ut f. -eret, quid utrique parti animorum esset 27, 18, 2; ibi, quantam vim . . ira haberet, -uit 33, 37, 8.

C) **adparitor sum** *(de magistratibus):* conlegis novem singuli accensi -bant 3,33, 8; lictor -uit 28, 27, 15; quattuor et viginti lictores -ere consulibus 2, 55, 3; cum -eret (scriba) aedilibus 9, 46, 2.

acc. adv.: ante *v. p. 588, 49;* brevi *592, 5;* confestim *supra 11;* deinde *592, 7;* extemplo *588, 29; 592, 2;* facile *ib. 8 sqq.; supra 12;* iam *589,1;* iam tum *592,24;* ibi *588, 53; 589, 3; supra 15;* inde *589, 36; 592,26;* mox *ib. 28;* numquam *588,44; 46;* nunc *589,45;* nusquam *ib. 16;* procul *588, 37;* repente *ib. 31; 32; 589, 26; 34;* satis 30 *ib. 4; 592,29 sqq.;* tum primum *ib. 36;* tum vero *ib. 37;* umquam *588,45;* unde *589,21;* usquam *ib. 6.* — *dativi:* Hannibali *588, 37;* Philocli *591, 42;* Ris *588,41;* aedilibus *supra 21;* conlegis *ib. 18;* consuli *589, 6;* consulibus *supra 20;* gentibus *589;40; 591, 50;* hosti *589,1;* plebi *ib. 15;* regibus *ib. 40;* sociis *591, 46;* tribunis *ib. 11;* caeco *589, 43;* omnibus *591,37; 40; 43; 46; 47; 592, 2;* aperientibus *589, 12;* desperantibus *ib.* 40 *25;* erigentibus *588, 50;* euntibus *ib. 29;* ei *589, 36;* eis *ib. 27;* ipsis *591, 43;* cui *ib. 28; 30; 33; 34; 36; 54;* sibi *589,24; 592, 4;* utrisque *591, 53;* vobis *ib. 33; 39.* — *ubi?:* domi — foris *589, 10;* eo loco *588, 43;* publico loco *589, 2;* — ad Elpeum *ib. 23;* circa eos *588, 48;* c. Myonnesum *589, 27;* in acie *ib. 18;* in collibus *588, 33;* in conciliis *589, 18;* in foro *ib. 1;* in media Graecia *ib. 32;* in superioribus locis *ib. 31;* 50 in muris *ib. 41;* in oppido *ib. 39;* in publico *ib. 46;* in primo *589, 8;* in eo — quod *ib. 31;* in ducibus puniendis *ib. 27;* super collem *588, 44.* — *unde?:* ab dictatore *589, 9;* a puppe *ib. 34;* ab tergo *588, 35; 36;* ex regiis castris *589, 22;* ex intervallo *ib. 46;* ex transverso *ib. 29;* ex malis *ib. 32;* ex sermone *592,45;* — quo proelio *ib. 22;* quibus re-sponsis *ib. 40.* — *quando?:* iam priore anno *589, 34;* ante tertiam diei horam *588, 40;* ante horam quartam *ib. 44;* ante hoc tempus *ib. 46;* per turbidam lucem *589, 7;* secundum exta *ib. 37.* — *quomodo?:* sua sponte *592,39;* cum magno tumultu *588, 42;* cum exercitu *ib. 54.* 10

adparitor (adp. *MP* 3, 38, 12; *alias semper* app. *legitur*): a) cum -or iussu magistri equitum duceret (Maelium) 4,14,4; cum -or . . laxe vinciret 9,10,7; — repulso -re 4,14,6; -es [et*] hoc genus ab Etruscis . . ductum placet 1, 8, 3; dimissi (sunt) circa domos -es 3,38,12; — cum locus adeundi -bus non daretur 49,2. — b) cum* . . nec ipsius dictatoris nec -um eius vox audiretur 8,33,2; fit fuga regis -um atque 20 comitum 1, 48, 3; — specie rixae in se omnes -es regios convertunt 40, 5; consuli, velut -ri tribunicio, omnia ad nutum imperiumque tribuni agenda esse 2, 54, 5.

adparo. I. **Forma:** *cf.* adpareo. paratos *S Luchs* apparatos *P* 26, 48, 12; adparatos *ς Fr*[2] 39, 22, 1; auparando *P*[1] adparando *P*[2] 23, 35, 14; apparere *VP* 3, 57, 8; *P* 7, 20, 2; appellare *V* 42, 18, 1; parari *VRF* 27, 5, 13; adparata *P* 24, 16, 17. 30

II. **Signif.** 1) *aliquid:* nec arma aut bellum quisquam -re 7,20,2; bellum armaque vi summa -ri iubent 4,1,5; reliquum diei -dis armis consumptum est 3,62,5; Aequos Volscosque summa vi bellum -re 57,8; *(v. supra 32;)* quippe quem non iustum modo -re b. regio animo, sed . . cernebant 42,18,1; nec Philippus segnius . . -bat b. 31,28,4; b. . . magna cura -vit 32,5,8; neque segnius ad hostes b. -atur 7,7,4; neque aliud tota urbe 40 agi* quam b. -ri 4, 26, 12; b. -ri coeptum 55, 7; b. tanto maiore quam proxume* conatu -um est 23, 6; -um eo anno b. est 6,21,6; si quo intentius possit (bellum adparare), quam T. Quinctio cos. -um sit 4, 1,5; classem . . -ri ad Siciliam repetendam 27, 5, 13; -ta convivia omnibus in propatulo aedium fuerant 24, 16, 17; epulae . . et cura et sumptu maiore -ri coeptae (sunt) 39,6,9; (plebem) -tis accipere epulis 50 23, 4, 2; tribus, quam amplissume tum -ri poterant*, stratis lectis placavere (*sc. deos*) 5, 13, 6; ludi Ri . . -ti magnifice sunt 33, 42, 9; -tos deinde ludos . . fecit 39,22,1*;

sacrificium amplius solito -ri iussit 45, 28, 5; sacrificio -ri iusso 33, 48, 4; sacrificio -do .. aliquanto intentior 23,35,14; — dum haec in Italia geruntur -anturque 23, 26, 1. — [2) *aliquem:* stare hinc legionarios milites, hinc classicos per omnis deos apparatos *(v. p. 594, 25)* iurare 26,48,12.]

acc.: amplius solito *supra 1;* quam amplissume *594, 51;* intentius *ib. 44;* magnifice *ib. 53;* segnius *ib. 38; 39.* — maiore conatu *ib. 43;* magna cura *ib. 39;* et cura et sumptu maiore *ib. 49;* vi summa *ib. 33.* — eo anno *ib. 43.* — tota urbe *ib. 40;* ad hostes *ib. 40;* in Italia *supra 4;* in propatulo *594, 47.* — ad *c. gerd. ib. 46.* — *dativus:* omnibus *ib. 47.*

adpellatio *(semper* app. *codd. habent)*: utrum .. -io *provocatio*que adversus iniuriam magistratuum ostentata tantum inanibus litteris an vere data sit 3, 56, 13; centuriones remissa *(i. e. neglecta)* -e ad dilectum oboedienter responderunt 42,35,2; quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur tollendae -is [causa*] 3, 56, 12. — cedentibus in vicem -i* Xviris 34,8. — cum priores Xviri -e conlegae corrigi reddita ab se iura tulissent 36,6; etsi -e* vostrum* usurpatis ius 42,34,15. — in praesidia adversariorum, -em et tribunicium auxilium, patricii confugerunt 9, 26, 16.

(adpello) appello, are. I. **Forma:** *cf.* adpareo *et* adparo. appello *forma ubique exstare videtur.* — pellaverant *V* 42,34,1; appellarunt *codd. plerique* appellaverunt *RD* 1,18,7; appellerent *M* 7,20,5; appellarunt *codd. plerique* appellaverunt *D* 2, 14, 9.

II. **Signif.** A) **i. q. adloquor,** a) **hortandi, nuntiandi causa.** α) *aliquem:* mater adulescentulum -at 39,9,4; Antigonum* .. -at 40,56,3; commilitones -ans orabat, ne 3, 50, 5; iuvenis, inquit, iuvenem -o 26,50,4; tum -are, tum adhortari milites 8,39,4; pRum -o .. 9,11,3; qui hic mos est .. viros alienos -di? 34, 2, 9; patres vetuerunt neque illos dimitti .. neque -ri a coss. 27, 10, 10; — nominibus .. terrebat, Dahas, Medos Elymaeosque et Cadusios -ans 35,48,5. — Dasium -bat* *(i. e. inducebat)* 26,38,7; index Theodotum, a quo ipse -us erat, nominare potuit 24,5,10; sed quid ego te -o ..? 9,11,3; te, L. Scipio, -o 38, 48, 7; quis vos -are potest 9,9,16; — parentes inde cognatique virginis -ti (*i. e. advocati* sunt) 26,50,9. — β) *acc. adv.:* accitum **ad** se benigne -at 23, 15, 10; patres .. comiter ac b. tribunos -are 2, 44, 5; legati b. -ti ac dimissi 26, 32, 8; omnes -tos b. .. dimisit* 34, 16, 5; inviolatos* atque etiam b. -tos (*sc.* Rhodios) dimiserunt 44, 28, 3; b. his (*sc.* Tripolitanis) -tis 42,53,8; cos. clementer -tos eos (*sc.* Siculos) dimisit 26,32,8; (comiter *v. supra 2;*) flebiliter nomine sponsum mortuum -at 1,26,2. — γ) *acc. abl.:* (nomine *v. supra 9;*) nomine -ans Theodotum ac Sosin 24,22,16; ego te .. ne verbo quidem inclementiori a me -um vellem 9, 34, 23. — δ) *acc. de:* Blattius de proditione Dasium -bat* 26, 38, 8.

b) **auxilii petendi causa (magistratum).** α) *absolute:* tribuni tres -anti Appio auxilio fuerunt* 9, 34, 26. — β) *aliquem:* quod ubi cui militi inciderat, conlegam -bat 2,27,2; si quis c. -asset 3,36,8; conlegae -ti dimisero concilium 13, 9; ut sibi -di praetoris potestas fieret 44, 31, 12; cum ambo regem -rent 1,40,5; tum quoque, si se (L. Scipionem) -et, auxilio ei futurum 38, 52, 10; tribunos plebis -o et provoco ad populum 8, 33, 7; Volero -at tr. 2, 55, 4; tr. -at 3, 71, 4; iterum se tr. plebei -are et monere, ne 56, 11; -are tr. communem patriam auxiliumque eorum implorare 69, 5; -tibusque tr. nemo erat auxilio 9, 26, 10; paucis -tibus tribunum 4, 53, 8; cum primores patrum .. postremo etiam tribunos plebi -rent 56, 10; tr. -vit et .. 'provoco' inquit 3, 56, 5; P. Scipio Nasica tr. -vit 38, 58, 3; tr. plebis -vit 27, 8, 8; tr. plebi -arunt 36, 3, 5; tr. plebis -arunt 42,32,7; qui tr. plebis -verant 34,1; cum ex omnibus partibus curiae tribuni -rentur 4, 48, 15; -ti tr. .. ius **auxilii** sui expediunt 3, 13, 6; tr. plebis -ti 26, 3, 8; tr. -ti ad senatum rem* reiecerunt 27,8,3; ab sacerdotibus tr. plebis nequiquam -ti (sunt) 33, 42, 4; tr. -ti et provocatum ad populum est 37, 51, 4; tr. plebis -ti ab L. Scipione ita decreverunt 38, 52, 8; -ti a privato tr. (sunt) 43, 16, 5. — γ) *sq. ut:* Oroandem Cretensem .. -at, ut se .. ad Cotym deveheret 45, 6, 2; vos .., tribuni plebis .. senatus -at .. dictatorem dicere coss. .. cogatis 4, 26, 8. — δ) *acc. de:* cogituros se, de quo -ti essent *(sc. tribuni)* 42, 32, 8.

B) **i. q. voco, nomino.** a) **alqm nomine:** quos ne quo* nomine quidem -are

debeam scio 28, 27, 3; vos si quo insigni magis imperii honorisve nomine vestrum -bitis ducem 6, 18, 15; Scipio .. sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui -assent* 27,19,4; quo (nomine) Iovem -ri fas sit, quo Romulum .. deincepsque reges [appellatos* *del. Mg*] 3, 39, 4.

b) **c. dupl. acc.**; *α*) *acc. praed. est appellativum*: ut rex sociusque et amicus -etur 31, 11, 16; ut rex sociusque et a. ab senatu -retur § 14; viros bonos sociosque et amicos eos -ri 29, 19, 7; caelestia arma, quae ancilia -antur 1,20,4; ambiguo .. sexu infantem, quos androgynos volgus .. -at* 27,11,5; hoc .. agmen antepilanos -bant 8, 8, 7; templa, quae* asyla Graeci -ant 35, 51, 2; ea .. venisse bonaque Porsinnae -ta (esse) 2, 14, 4; his tria milia equitum* loricatorum (cataphractos ipsi -ant) adiunxit 37,40,5; chalcaspides* -bantur 44, 41, 2; in pratis Flaminiis .., quem nunc circum Flaminium -ant 3, 54, 15; prima* classis omnes -ti (sunt) 1, 43, 2; Philippum non contumeliosius quam verius compedes eas (*sc.* Demetriadem, Chalcidem, Corinthum) Graeciae -are 32, 37, 4; dictator .. Romulus ac parens* patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus -batur 5, 49, 7; conscriptos, videlicet novum* senatum, -bant lectos 2, 1, 11; ne -rent consilium, quae vis ac necessitas -da esset 7, 20, 5; iudicem enim consulem -ri 3, 55, 11; quod iis temporibus nondum consulem iudicem, sed praetorem -ri mos fuerit* § 12; deos servatores suos senatum -asse (Prusiam) 45,44, 20; cameli, quos -ant dromadas 37, 40, 12; ridicula .., quae exodia postea -ta .. sunt 7,2,11*; loca..fori -ti (sunt) 1,35,8; (Philippum) fratrem haud sane decoro .. ioco -vit 36, 14, 4; imperatorem regem -dum censuerunt 35, 45, 9; i. extemplo adveniens -us (est) 7, 39, 15; Hannibal .. i. ingenti omnium clamore atque adsensu -us erat 21, 3, 1*; baculum .., quem lituum -arunt* 1,18,7; id conditum lustrum -um (est) 1, 44, 2; haec terra, quam matrem -amus 5, 54, 2; cunctationis, quam metum pigritiamque homines .. -ent* 28, 40, 7; hunc mundum muliebrem -arunt maiores nostri 34, 5, 9; (necessitas *v. supra 32;*) ubi ego eum parentem -vero 22, 29, 10; cum senem .. parentem -are solitus esset 32, 21, 23; *(v. supra 27;)* ut pater patronusque -retur 22, 34, 6; cum patrem Fabium -asset 30, 2; caetratorum, quos peltastas* -ant 33, 4, 4; quos (pedites) -ant phalangitas 37, 42, 3; qui phalangitae -bantur 40, 1; (pigritiam *v. p. 597, 49;*) hoc spatium .. pomoerium Ri -arunt 1, 44, 5; scriba pontificius*, quos nunc minores pontifices -ant 22, 57, 3; (praesidia *v. infra 38;* praetor *v. p. 597, 34;* proditores *v. infra 28;*) multitudo .. regem eum ingenti consensu -vit 27, 19, 3; *(v. p. 597, 9; 10;)* ut rex ab senatu -retur (Perseus) 40, 58, 9; a senatu rex est -us (Perseus) 45, 9, 3; si tu is es .., et virum et regem -o 1, 47, 3; puerum Lacumazen* .. regem -at 29, 29, 11; eum iam regem .. -ant 40, 11, 4; evocavit virum e curia regemque prima -vit 1,48,5; quod eum regem -verit* 30, 17, 12; quod Masinissam non -asset modo regem sed fecisset § 8; me regem -ri a vobis memini 34,31,13; Masinissam, primum regem -tum 30,15,11; scimus Persea .. regem a pRo -um 41,24,6*; Macedonum robur, quos sarisophoros* -bant 36, 18, 2; coetum et seditionem et secessionem muliebrem -vit 34,5,5; in paucorum manu .., quem vos senatum -atis 34, 31, 18; latores legis .. proditores plebis commodorum ac servos consularium -antes (*sc.* tribuni) 4, 48, 16; (socius *v. 597, 9; 10; 11;*) ea, sive superbia sive stultitia -da est 45,23,13; decem creari .. militarique honore tribunos militum -ri* 3,51,2; partes eas tribus -vit 1, 43, 13; trientabulum* is ager, quia pro tertia parte pecuniae datus erat, -us (est) 31, 13, 9; tutorem eum Graeci .. -arunt 40, 54, 5; illos praesidia rpae, vindices urbis Rae imperiique -bant 27, 45, 7; (virum *v. p. 597, 11; supra 14;* vis *v. p. 597, 31.*)

β) *acc. praed. est nomen proprium:* id (*sc.* area) Aequimaelium -um est* 4, 16, 1; quorum (montium) quod altissimum est, Callidromon -atur 36, 15, 10; quem (saltum) incolae Callipeucen* -ant 44, 5, 11; ad Clusium, quod Camars* olim -bant 10,25,11; armatos .., quos Celeres -vit 1,15,8; Baete amni, quem incolae Certim -ant 28,22,1*; circa Lapathunta, quem Characa -ant 44,6,11; monumentum eius pugnae .. Curtium lacum -arunt 1,13,5; Dierum .. locum -ant* 44,3,3; coloniam .., quam coloni eorum Fregellas -ent 8,23,6; ab eo loco, quem Heptagonias -ant 34,

38,5; Cariam, quae Hydrela -atur 37,56, 3*; Latinos utramque gentem -vit 1,2,4; coloniae.. Prisci Latini -ti 3,7; Contrebiam, quae* Leucada -atur Fr. 22; ludi fuere, Megalesia* -ta 29, 14, 14; quos (ludos) .. M. -tos 36, 36, 4; quae (colonia) Menturnae -ta est 10, 21, 8; agrum .., quae postea sunt Mucia prata -ta 2, 13, 5; cohors regia, quos Nicatoras -ant* 43, 19, 11; Gonnocondylum, quod Philippus Olympiadem -verat 39, 25, 16; urbem (Orongin* barbari -bant) 28,3,2; in Emathiam, quae nunc dicitur, quondam -ta Paeonia est, traduxit 40,3,3; urbem, quam Petram -ant 40,22,12; novam urbem Perseida .. -ari iussit 39, 53, 16; eo loco, qui nunc Pila Horatia -atur 1, 26, 10; quem in summo sacratum vertice Poeninum montani -ant 21,38,9; Graeciae.. conventus (Pylaicum -ant) 33,33,8; quem (locum) Pyram .. -ant 36, 30, 3; (Romulus *v. p. 597,27;*) Rostra id templum -um (est) 8,14,12; ad vicum Maronitarum (Salen -ant) 38,41,8; cum Heraclea, quam Sinticen* -ant 45, 29, 6; altera (colonia) .. Sinuessa deinde ab colonis Ris -ta 10, 21, 8; X (*sc.* viros) Tarquinios -tem 3, 39, 3; saltus, quae Tempe -antur 36,10,11; ideo Pylae et ab aliis .. Thermopylae locus -atur 36, 15, 12; quem (locum) deinde Tuscum vicum -arunt 2,14,9; aedes fuere in Palatio eius, quae Vacci prata .. -ta (sunt) 8, 19, 4; gens universa Veneti -ti (sunt) 1, 1, 3.

γ) *acc. praed. est adiectivum:* agrum Insubrium -ri 5, 34, 9; quem sacrum -ant, agrum 38, 39, 9; basilicam .. fecit, quae Porcia -ta est 39, 44, 7; b. faciendam curavit, quae postea Sempronia -ta est 44, 16,9; monumentum victoriae eius .. fuisse in templo clipeum Marcium -tum 25, 39, 17; quae (curia) Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem -ta est 1,30,2; imperia Manliana, non Postumiana -ta sunt* 4,29,6; ludi, Ri magnique varie -ti 1,35,9; saltus .. Marcius est -tus 39,20,10; spolia, quae prima opima -ta 4, 20, 3; tabernae .. argentariae, quae nunc novae -antur 26,27,2; de tribu, quam Attalida -rent 31, 15, 6; vetus Claudia tribus .. -ta 2, 16, 5*; urbanas eas (tribus) -vit 9, 46, 14. — me subditum et paelice genitum -ant 40, 9, 2; P. Scipio is erat .. Africanus et ipse postea .. -tus 44,44,2; hic erit* iuvenis .. Africanus ob egregiam victoriam .. -tus 21,46, 8; L. Scipio .. Asiaticum se -ri voluit 37, 58,6; unde cognomen familiae (*sc.* Villiorum) inditum (est), ut Annales -rentur 40, 44, 1; — ad Beudos*, quod vetus -ant, pervenit 38,15,14; Suessam .., quae nunc Aurunca -atur* 8,15,4. — posteriores modo sub isdem nominibus, qui additi erant, -ti sunt 1, 36, 7.

c) **omisso obi.:** ubi nunc aedes Apollinis est (iam tum Apollinare* -bant) 3,63,7; in portu urbis .. (Geraesticum ipsi -ant) 37, 27, 9; Hasdrubal erat (Haedum* populares cognomine -bant) 30,42,12; hospitalem hostem -ans 25,18,8; (Romanorum et Quinctii) .. ingratos -ans 35, 48, 12; Iovem indigetem -ant (*sc.* Aeneam) 1,2,6; (muri cuneum) Lamptera ipsi -ant 37, 31,8; plaga una .. (Materinam ipsi -ant) 9,41,15; Mediolanium (*sc.* agrum) -arunt 5, 34, 9; virgini ..; serva sua natam servamque -ans 3,44,6*; oratio sine nomine est accusatoris; modo nebulonem, modo nugatorem -at 38,56,6; patres vere -tos (*sc.* a plebe) 4, 60, 1; qui summus magistratus apud eos erat (regem ipsi -ant) 45,5,6; seditionem muliebrem et secessionem -do *(sc. rem)* 34, 7, 14.

d) **acc. genet.:** Latinam eam coloniam esse libertinorumque -ari 43,3,3; primus centurio erat, quem nunc primi pili -ant 7, 41, 5; qui (patres) deinde minorum gentium sunt -ti 1, 35, 6.

e) **acc. ita:** ita (*sc.* subitarios milites) tum repentina auxilia -bant 3,4,11; iam enim ita (*sc.* Superbum) clam quidem mussitantes*, vulgo tamen eum -bant 1,50,3; obtigit Ariminum — ita Galliam -bant — Sp. Lucretio 28, 38, 13.

f) **qui appellatur:** erant autem sub eo* .. Sylleum et ad Limnen*, quae -atur 38, 14, 10; hi iam degeneres sunt, mixti et Gallograeci vere, quod -antur 17, 9.

g) **acc. origo nominis;** α) *ab: v. p. 64, 23—52; addendum est* a Pallanteo, urbe Arcadia, Pallantium, dein Palatium montem -tum (esse) 1,5,1. — β) condita urbs conditoris nomine -ta (est) 1, 7, 3.

acc. adverbia: benigne *596, 1 sqq.;* clementer *ib. 7;* comiter *ib. 2;* certe *64,34;* clam mussitantes *supra 35;* contumeliosius *597,24;* dein *supra 45;* deinde *599,25; 30; supra 31;* extemplo *597,43;* flebiliter *596,9;* iam *598, 16; supra 34;* iam tum *ib. 10;* ideo *599,28;* ita *supra 33 sqq.;* iterum *596, 27;* nequi-

quam *ib. 42;* nondum *597,34;* nunc *ib. 22; 598,8; 599, 16; ib. 47; 600,5; ib. 30;* olim *598, 46;* postea *597, 38; 599, 8; 38; 52;* postremo *596, 32;* quondam *599, 13;* tum *595, 42; 600, 34;* varie *599, 44;* vere *600, 23;* verius *597, 24;* vulgo *600, 36.* — *ablativi:* cognomine *ib. 13;* nomine *596, 9; 11; 53 sqq.; 600,43;* verbo *596,12;* — ingenti clamore atque adsensu *597, 44;* ingenti consensu *598, 11;* militari honore *ib. 32;* haud sane decoro ioco *597, 40;* haud vanis laudibus *ib. 28;* — iis temporibus *ib. 33.* — *c. praep.:* ab *v. p. 64,23—52; 600, 43;* de *596, 14; 51;* ex omnibus partibus *ib. 38;* ob victoriam *599,54;* — usque ad aetatem *ib. 41;* per aliquot saecula *64, 23.* — sub isdem nominibus *600, 7.* — *verba syn.:* adhortor *595, 42;* dico *599, 13;* imploro auxilium *596, 29;* moneo *ib. 28;* provoco *ib. 26; 34; 43.* — *opposita:* dimitto *595, 45; 596, 3;* facio *598, 20.*

adpello, ĕre. I. **Forma:** appello *habent codd.* 8, 3, 6; 28, 46, 8; 42, 18, 3; 44, 12, 7; 8. — adappulisti *P* 28, 42, 3; pulsae ad *pro* adpulsae *P* 30, 10, 3; aptulit *P* 27, 31, 1. — appellantibus *P* 29, 31, 11.

II. **Signif.** a) **aliquid.** α) *classem;* 1) simpl.: ubi cos. . . classem -ĕre tuto . . posset 42,18,3; quadriduo post, quam classis -a est, urbem adgressi sunt 28,6,1; classis -a ab litore stabat 44,9,2; post famam -ae Punicae classis 23,40,7. — 2) acc. quo?: classis Punica litori . . -a est 25,26,4. — Emporias* in urbem sociorum classem -isti 28,42,3; cum Emporias* -isset classem 21, 60, 2; classis Ra . . in Campaniam* acta* cum -a Pompeios esset 9, 38, 2; classis Cn. Octavi Samothracam est -a 45, 5, 1. — ad Cimbios* . . classe -a 28,37,1; ad Emathiam classem Ram -am esse 44,44,5; ad Eurymedontem amnem -a classe 37, 23, 3; ad Iolcon classem -runt 44, 12, 8; ad Leptim -ulit* classem 30, 25, 12; ad* Toronen classem -runt 44, 12, 7; — classis Graecorum . . ad Italiae litora -sa Thurias* turbem . . cepit 10, 2, 1; inde ad oram Ligurum Alpinorum . . classem -ulit 28,46,8; inde ad urbem classem -ulit 36,4. — eo anno Alexandrum . . in Italiam classem -isse constat 8, 3, 6; sub occasum solis in portum . . classem* -ĕre 30, 10, 9; (in urbem *v. supra 34.*) — classem -ulit inter Sicyonem et Corinthum 27,31,1. — β) *naves:* mercatoribus -tibus naves ad id ipsum 29, 31, 11; ab navibus, quae ab* aperto mari -ae erant 27, 15, 14; naves litori -ae 28,36,10; naves . . ita -ae muris, ut 30, 10, 3; naves Cumas -ae (sunt) 23, 38, 3; paucis ante diebus in sinum Gallicum -is navibus 30, 19, 2.

b) **absol.** (*intell.* classem): ad insulam, quam Bacchium vocant, . . -runt 37, 21, 7. *acc.:* inde *v. p. 601,46; 48;* ita *supra 3;* tuto *601,28.* — eo anno *ib. 49;* paucis ante diebus *supra 5;* sub occasum solis *601, 50.*

adpendix (*sic codd.* 21, 5, 11): Maroneam quoque atque Aenum . . dedisse, quae . . velut -es maioris muneris essent 39,27, 5; Carpentanorum cum -bus Olcadum* Vaccaeorumque C milia fuere 21, 5, 11; exiguam -em Etrusci belli conficere iubet 9, 41, 16.

adpendo: per altercationem nondum omni auro appenso 5, 49, 1; haec omnia C. Flaminio quaestori adpensa *adnumerata*que sunt 26, 47, 8.

adpeto. I. **Forma:** adpetimus *P* appetivimus *VRF* 30,30,8; adpetivere *P* appetiuero *M* 4, 34, 7; appetendo *M* 1, 8, 4; appeteret 7, 30, 5.

II. **Signif.** A) **proprie, i. q. adgredior:** ales . . levans se alis* os oculosque hostis rostro et unguibus -tit 7, 26, 5; — crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia -do* loca 1, 8, 4.

B) **transl.** a) **acc. obi.** α) *aliquid, i. q. cupio:* ita aliena -ivimus*, ut de nostris dimicaremus 30,30,8; bellum utinam, qui -tunt, consideratius concordiusque, quam cupiunt, gerant 4, 45, 8; contemnendo potius quam -do gloriam 22, 39, 9; navalis victoriae vanum titulum -ivere* 4, 34, 7. — β) *aliquem, i. q. amo:* propter quas (virtutes) tibi* -dus visus sim* 30, 14, 5; ultro . . amatus -usque erat 39, 9, 6; fuit . . causa amicitiae, velle eum vobis amicum esse, qui vos -ret 7, 30, 5.

b) **intrans., i. q. adpropinquo;** α) *simpl.:* iam consularia comitia -bant 41, 28, 3; comitiorum iam -bat dies 35, 8, 1; hiems iam -bat 37, 32, 14; cum iam h. -ret 36, 45, 8; iam lux -bat 10, 22, 9; ubi nox -tit 5, 44, 6; -ens nox periculosa . . omnia . . faciebat 10, 42, 1; nox iam* -bat 8, 38, 3; iam nox -bat 38, 40, 15; ob haec et (iam* -bat tempus) comitiorum causa 10, 21, 13; iam comitiorum -bat t. 29, 10, 1; 39, 32, 5; cum comitiorum iam

-ret t. 29,38,2; cum comitiorum t. -ret 28, 10, 1; comitiorum consularium iam -bat t. 25, 2, 3; iam consularium comitiorum -bat t. 39, 6, 1; cum iam c. c. -ret t. 37, 47, 1; cum iam id t. anni -ret, quo 34,13,2; iam enim Nemeorum* -bat t. 27, 30, 17; iam ver* -bat 22,1,1. — β) *acc. dat.:* Veis* fata -bant 5, 19, 1.

acc.: iam *v. p. 602, 45 sqq.;* ita *ib. 33;* ultro *ib. 41.* — munitionibus *ib. 30;* rostro et unguibus *ib. 29.* — propter virtutes *ib. 39.* — *syn.:* amo *ib. 41;* amicus sum *ib. 42;* cupio *ib. 36.* — *oppos.:* contemno *ib. 36.*

adplico. I. **Forma:** applicant *P* 23,27, 7; applicantes *VRFL* applicante *Cl* adplicante *B* 30, 33, 3.

II. **Signif.** A) **proprie.** a) *de rebus (navibus); α)* absol., i. q. adpello: dum -ant, dum raptim* exponunt scalas militesque 26, 44, 11; — quocumque litore -uisse naves hostium audissent 44, 32, 7. — β) aliquid: elephanti . . ubi in minorem (*sc.* ratem) -tam *(i. e. copulatam)* transgressi sunt 21, 28, 8. — γ) acc. dat.: Cornelius eidem flumini castra -uit 32, 30, 5; dum corpora* corporibus -ant armaque armis iungunt 23,27,7; iunctae aliae binae* quinqueremes demptis interioribus remis, ut latus lateri -retur 24, 34, 6; in iis angustiis Leucas posita est*, colli -ta 33,17,7; ut eo ipso tempore . . ancoris positis terrae -ret naves 28, 17, 13. — δ) acc. praep.: ita aciem instruxerunt, ut . . Ri sinistrum (cornu) ad oppidum -rent 27, 2, 5; ad Heraeum, quod vocant, naves -uit 33,17,2; — in Erythraeam primum classem -uerunt 37, 12, 10; — navem propius terram -uit 32, 34, 1. — b) *de hominibus; acc. dat.:* -tes se antesignanis 30, 33, 3; dum -ant (turmae equitum) se suis 37, 42, 7; incerti trepidant -antque se turbae 4,37,10.

B) **transl.:** cum pars, quae domestico certamine inferior sit, externo potius se -et, quam civi cedat 34,49,10. — ut fortunae -remus *(i. q. accommodaremus)* nostra consilia 32,21,34. — *syn.:* iungo *v. supra 27.*

adpono. I. **Forma:** appono *legitur* 1, 7, 13; 2,18,6; apponit ς opponit *P* 23,29,4; apposita *M* opposita *B* 34, 15, 7; apposita *Iul. Obs.* opposita *codd.* 40, 59, 7.

II. **Signif.** a) *aliquid:* iam* multifariam scalis -tis urbem eo die defenderunt 37, 5, 1. — *acc. dat.:* ut Potitii ad tempus praesto essent hisque* exta -rentur 1, 7, 13; lanx . ., quae Iovi -ta* fuit 40, 59, 7. — b) *aliquem alicui:* equitum Numidas Poenorum peditibus, ceteros Afris* pro cornibus -uit 23, 29, 4; ut credam Larcium . . potius quam M.'* Valerium . . moderatorem et magistrum consulibus -tum 2, 18,6; statio, quae porta -ta erat 34,15,7; addidere clamorem lixae calonesque et alia turba custodiae impedimentorum -ta 23, 16, 14.

adporto: M. Valerius Falto* nuntiavit deam -ri 29,11,8; — Carthaginienses tritici modium milia* mille, hordei quingenta ad exercitum, dimidium eius Romam -uros polliciti* (sunt) 36, 4, 5; cum . . iam machinas tormentaque -ri viderent 35, 51, 9; legati . . pecuniam ad redimendum filium aliosque* obsides -tes 45, 42, 6.

adprobatio: Aristaenum contra omnium consensum disserentem cum haud dubia -e audivit 34, 26, 6; omnia cum -e ingenti sunt audita 48,5; ita CLXXVII cum ingenti -e hominum in senatum lectis 23, 23, 7.

adprobo, *i. q. laudo, adsentior.* a) *absol.:* -ant patres 2, 12, 5; virgis -ante populo caesi 25, 7, 14; magis non prohibente Servio quam -ante 1,46,9; legati circa imperatorem . . erant . . omnes -tes 44, 36, 8; -bus cunctis 3, 29, 6; 4, 13, 12; 5, 47, 10; 6, 20, 1; 10, 17, 3; 37, 16, 3; -bus cunctis et ante omnes Q. Servilio Prisco 4, 48, 10; -bus clamore cunctis 7,41,1; plebs circumfusa -vit 5,55,2. — b) *acc. obi.:* -bus sex tribunis actionem conlegae 9, 34, 26; fremitus . . haud dubie -tium adventum eorum 24,31,2; -do consilia, quibus nequiquam adversarer, viam saluti vestrae inveniam 23, 2, 9; -are conlegam consulta referens 10, 39, 10; dicta consulis legati tribunique et omnes turmae equitum et centuriones primorum ordinum -vere 35, 16; paulisper fremitus -tium dicta fuit 34,50,2; clamore donum -tes 7, 37, 2; iter, quod insistis, L. Scipio, ego quoque -o 37, 7, 8; omnibus Graeciae civitatibus hanc pacem -bus 33, 31,1; postquam -asse pacem concilium Aetolorum accepit 38, 10, 2; omnibus fere populis haud dubie -bus relationem 32, 22, 8; quam rem . . cum et patres summa ope -assent 4, 43, 4; di -ent eam sententiam, quae tibi optima* visa fuerit 36,7,21; paucis . . -bus testamentum 24, 4, 7; — ingens adsensus alacritasque cuncta -tium fuit 3,

10; haec -bus cunctis 37, 52, 6; haec summa ratione acta magna pars senatus [illegible]bat* 42, 47, 4; di -ent, inquit, quod [illegible]itis acturique estis 10, 13, 12.
acc.: haud dubie *v. p. 604, 36; 49;* clamore *ib. 33; 43;* summa ope *ib. 50.* — *verba* ...pos.: adversor *ib. 37;* prohibeo *ib. 27.*

adpropero: coeptum opus adeo -tum ...t, ut 4, 9, 13; addita (est) Virtutis aedes ...to opere 27, 25, 9; quae (res) summa ope ...a erat, ne *impediri* posset 26, 15, 10.

adpropinquo. I. **Forma:** *omnibus locis* adpr. *in melioribus codd. exstare videtur.*
II. **Signif.** A) **absol.**; a) *de hominibus:* Aetolos -re fama erat 32, 13, 10; inter haec -bat agmen 10, 35, 12; Fabius Decium conlegam -are exclamavit 14, 19; cum -ante eo (*sc.* consule) Aristoteles .. urbe excessisset 36, 21, 2; ubi -re tres duces, ...tris victores hostium exercitus audisset 26, 51, 13; ubi -arunt* (*sc.* Galli) 38, 26, 5; cum iam -ret (Hasdrubal) 27, 46, 4; postquam Hasdrubalem .. -re adlatum est 25, 37, 8; ut -bat hostis 33, 8, 11; cum -re hostem sciret 44, 2, 9; neutros fefellit .. hostes -re 31, 33, 8*; ut -re hostis adlatum est 36, 44, 1; cum .. prorae hostes -re aperuissent* 44, 28, 10; ipsos deinde -re legatos adlatum est 27, 51, 1; ut -re Marcellum audivit 12, 8; tum cum maxime -ante phalangis parte 33, 9, 3; postquam primos superasse angustias viderunt, postremos* nondum -antis 38, 40, 10; cum iam -bant (*sc.* regii) 40, 4, 12; iam Rus non -bat modo, sed derexerat etiam in pugnam naves 22, 19, 11; cum -tes (*sc.* Ri) repleta moenia armatis vidissent 44, 12, 8; postquam -re Ros senserunt 6, 22, 9; -anti (*sc.* L. Scipioni) .. obvius fuit 38, 37, 10; iam signa quoque legionum -bant 30, 11, 11; postquam -bat (tyrannus) 35, 35, 18; non vagi modo circa muros temere -tes, sed etiam qui in navibus erant .. percutiebantur 44, 10, 6. — b) *de rebus:* priusquam -ret classis 37, 27, 6; cum audisset -re iam Ram classem 36, 43, 9; cum iam -tium forma lemborum haud dubia esset 44, 28, 10; -re non ausae naves 37, 27, 8; — si dux intrepidus .. primam speciem -antis terroris sustinuisset 44, 6, 6*. — c) *de tempore:* cum dies comitiorum -ret 3, 34, 7; lux -ans exanimare 5, 39, 8; timens lucem iam -tem 45, 6, 6; nox -bat 10, 42, 4; 44, 43, 2.

B) **acc.** a) **dat.**: quem (Hasdrubalem) iam* Alpibus -re fama erat 27, 35, 10; cum pedestris copias -re iam Aulidi atque Euripo sensisset 35, 37, 8; quidquid aurae fluminis -bant (*sc. milites*) 21, 54, 8; cum (Hanno) Benevento iam -ret 25, 13, 4; iam castro Mutilo -bat (cos.) 33, 37, 2; iam castris -bant (*sc. Ri*) 38, 22, 7; qui Pantauchum .. -re* castris vetarent 44, 35, 2; -anti* (*sc.* consuli) faucibus 36, 14, 12; regem -re finibus suis 31, 5, 5; cum -ret ianuae rex 24, 7, 4; ut vero iugis -bant 40, 22, 4; loco, quem petebat, -vit 7, 34, 7; mari -bant 44, 5, 12; in eos .. iam* moenibus -antis eruptionem fecit 37, 13, 9; Marcium iam -tem Oceano adsequitur 28, 34, 12; cum portae -ret 25, 9, 10; postquam p. -bat 35, 34, 10; Philemenus portulae parte alia .. -bat 25, 9, 13; Hannibali iam terrae -anti 30, 25, 11; postquam t. -bat Hannibal 37, 24, 9; hostes .. -re urbi non ausi 3, 8, 8; Philippus .. -ans u. 31, 24, 7; cum iam -ret u.* 33, 1, 5; suis* iam vallo -bus 31, 42, 1; ubi v. -asset hostis 6, 24, 2. — b) **ad:** Bastarnas nequiquam ad iuga montium -tes oppressit 40, 58, 3.
acc.: iam *17es;* nequiquam *v. supra 25;* nondum *605, 33;* temere *ib. 42;* tum cum maxime *ib. 30;* — inter haec *ib. 15;* — parte alia *supra 19;* — quidquid *(acc.) ib. 4.*

adpulsus (subst.): ut Attalum .. portibus et* litorum -u arceret 27, 30, 7.

adquiesco. a) *proprie:* ut fessa tam diutino bello -ret civitas 5, 23, 12; ne* victorem quidem te -re passus est 45, 37, 10. — *acc. abl.:* Nabis .. parva spe cum -isset 34, 30, 1. — b) *transl.:* rem familiarem saltem -ĕre *(i. e. integram manere)* eo tempore, quo corpus addictum .. rpae esset 4, 60, 2.

adquiro: parari singula -do facilius potuisse, quam universa teneri posse 37, 35, 6. — ne semper armis opes -rentur, consilio augere imperium conatus est 1, 45, 1; — plus enim *amitti* in iis (partibus) quam -ri 32, 35, 12; cum praesertim .. nequaquam tantum agro intercipiendo -atus, quantum *amittatur* alienandis iniuria sociorum animis 3, 72, 2.

adrectus (adi.): ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita adrectiora sunt 21, 35, 11.

adrideo (arr. V): vix notis familiariter -ere 41, 20, 3.

adrigo (arrecti *MPH* porrecti *Lς* erecti *ς nonnulli* 8,37,2; adrexest *V* adrexit *Gryn* 45,30,1): adeo .. -ecti ad bellandum animi sunt 8,37,2; haec pronuntiata .. varie adfecerunt animos. libertas praeter spem* data -xit et levatum annuum vectigal 45, 30, 1.

adripio. I. **Forma:** *uno loco* 2, 23, 15 *excepto* arripio *codd. perhibent, cf. tamen* aripuit *M* 2,54,2; abreptis *P*[1] 5,47,4; abreptum *codd.* 2,33,7; *V* 22,48,4; *VF* 30,37,8; arrepta *Duk* accepta *codd.* 3, 70, 10.

II. **Signif.** A) **proprie,** *i. q. capio, comprehendo;* a) *aliquid:* armis -tis 5,47,4; 10, 19, 12; 21, 57, 11; 35, 36, 8; 41,4,5; -tis a. 25, 29, 9; a. repente -tis 21, 25, 3; ibi ab lanio cultro -to 3,48,5; -to repente equo 6, 8, 6; e. -to 25, 21, 9; ignem temere -tum* .. iniecit 2,33,7; -tis scutis, quae passim .. strata erant 22,48,4; ni .. signo -to primi hastati manipulum eius signi sequi se iussisset 27, 14, 8; signa -ta* ab signiferis ipse inferre coepit 3,70,10; -tum vexillum trans vallum traiecit 25, 14, 4. — b) *aliquem:* eas (cohortes) -tas .. in urbem inducit 34, 20, 8; -tum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit 30,37, 8; Tarquinius .. medium -pit Servium 1, 48, 3; proximum signiferum manu -tum secum in hostem rapit 6, 8, 1. — *i. q. nostrum 'verhafte':* Appius .. nullo morante -tus a viatore 'provoco' inquit 3,56,5; abeuntes magistratu (coss.) Cn. Genucius tribunus plebis -uit 2, 54, 2; -pi unum insignem ducem seditionum iussit 27,12; Verginius -pi iubet hominem 3, 13, 3; Appius nunc vocari Icilium, nunc retractantem -pi .. iubet 49,2; (Manlius) -tus a viatore .. inquit 6,16,2; subinde -tus (est) a P. Numitorio *(tribuno pl.)* Sp. Oppius *(decemvir)* 3, 58, 7; uno aut altero *(sc. cive)* -to quieturos alios *(Appius dixit)* 2,23,15.

B) **transl.:** impedimentum pro* occasione -uit 3, 35, 8; (Philippum et Nabim) primam quamque occasionem recuperandi ea, quae bello amisissent, -uros (esse) 35, 12, 17.

acc.: repente *supra 15 sq.;* subinde *ib. 38;* temere *ib. 17.* — manu *ib. 26; 28.* — medium aliquem *ib. 27.* — pro occasione *ib. 42.* — ab *loci v. p. 57,11;* ab *auctoris v. p. 68,49 (supra 31; 39).*

adrodo: mures Antii coronam auream -sere *(P,* -serunt *H* arroserunt *GVR* arrosere *FFr*[1]*)* 30, 2, 9.

adrogantia: huius -am pertinacia alterius aequabat* 5,8,11; — cessuros sese potius -ae Antipatri quam causam turbandae pacis* praebituros dixerunt (Rhodii) 37,56, 10; — succensebat non immerito Aetolis ob .. -am eorum victoriae gloriam in se rapientium 33, 11, 8.

adrogo: redierat res ad Camillum, cui unico consuli .. dictatorem -ri* haud satis decorum visum est patribus 7, 25, 11 *(primitiva hoc loco subest verbi significatio: per quandam rogationis speciem alicui aliquem attribuere vel praeficere).*

(adscendo) ascendo. I. **Forma:** *cf.* escendo. asc. *legitur omnibus, ut videtur, locis.* accenderitis *P*[1] 10, 7, 10.

II. **Signif.** A) **proprie;** a) *absol.:* eius loci, qua* fefellerat -ens hostis 5, 47, 9; neque illos muri neque .. armati arcere queunt, quin certatim -ant* 26, 44, 9. — b) *acc. obi.:* qui primus murum -isset 48,5; hinc muros -bus Ris 34, 21, 5; ita coronatum *(iussum esse Fabium)* navem -ĕre 23, 11, 5. — c) *acc. ubi?:* ipse cum maxima parte copiarum, qua aequissimum aditum praebebat mons, -it 38, 20, 7; qua triduo* -rat, biduo est degressus 40,22,7; *(v. supra 18.)* — d) *acc. quo?:* ut .. ipse triumphans in Capitolium -rem 38,48,16; ab rostris in Capitolium -dit 51,12; qui curru aurato per urbem vectus in C. -rit* 10, 7, 10; cupido eum ceperat in verticem Haemi montis -endi 40, 21, 2.

[B) **transl.:** usque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non -dit* *(MP,* escendit *HGr edd.)* 7, 30, 18.]

acc.: certatim *supra 20;* triduo *ib. 26;* (supra *ib. 35;*) — cum maxima parte copiarum *ib. 24.* — *oppos.:* degredior *ib. 27.*

(adscensus) ascensus. I. **Forma:** ascensus *semper occurrit.* accensus *P* 27, 18, 12.

II. **Signif.** A) **i. q. ascensio.** a) *subi.:* quingentis et per stagnum facilis transitus et in murum -us inde fuit 26,46,2; quamquam -us difficilis erat 27, 18, 12; qua* descensus facilis armatis, qua in ulteriorem ripam minime iniquus -us esset 44,35,4*; [inde cum audisset -um (descensum *BMς quidam Mg*) difficilis et artae viae esse 34, 28, 2*.] — b) *obi.:* Perseus .. alios -um undique temptare iubet 42, 65, 7; cum .. scalis etiam -um in muros temptarent 37, 32, 4; — hostes .. scalis -us temptant 36, 24, 4.

B) **locus, quo ascenditur.** a) *obi.:* gradibus -um ab Tiberi in emporium fecerunt 41, 27, 8; quod hosti aditum -umve difficilem praeberet 25, 36, 6; — ut pro aggere et pontibus praebere -us possent 30, 10, 3. — b) *gen.:* donec mollioris -us viam inveniret 27,18,15. — c) *abl.:* nos tam paucos . . nec -u arcuerit* nec . . 7,35,6; hoc quidem -u, inquit, vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint 9, 24, 7; — quae nulla ex parte adiri nisi arduo ac difficili -u poterant 25, 13, 13; -u abdito a conspectu erigere in montes agmen 10,14, 14; cum hostis nequiquam subire iniquo -u conatus esset 28, 16, 7*; — eam (planitiem) quoque altera crepido haud faciliori -u ambibat 27,18,6*; animadverso ad Carmentis saxo -u aequo 5, 47, 2*. — d) *c. praep.:* percunctatus regionis peritos de -u Haemi 40,21,3; iter multo quam in -u fuerat, . . difficilius fuit 21, 35, 11.

acc.: abditus *v. supra 12;* aequus *ib. 18;* arduus *ib. 11;* difficilis *608, 45; supra 4; 12;21;* facilis *608,43;* haud facilior *supra 16;* iniquus *608, 47; supra 14;* mollis *ib. 6;* — hic *ib. 9.* — (artae viae *608, 19;*) Haemi *supra 20.* — ab Tiberi in emporium *ib. 2;* in murum *608, 41;* in muros *ib. 52;* in ripam *ib. 47.* — syn.: aditus *supra 3.* — *oppos.:* descensus *608, 46.*

adscisco. I. **Forma:** asciverant *V* acciverant *Gr* 45, 25, 13; adsitum *M* 7, 4, 3; adscieturam *P* 4, 25, 12.

II. **Signif.** a) **i. q. adhibeo, recipio aliquem.** α) *simpl.:* Caunios, quamquam Cibyratarum -verant* auxilia, coegerunt imperio parere 45, 25, 13; ex iuventute quidam Lucanorum pretio -ti 8, 27, 6. — β) *acc. nomen praed.:* Aetoli novi -ti socii Attalusque Asiae rex 26, 37, 5; (Hasdrubal) gener inde ob aliam indolem profecto animi -tus (est) 21, 2, 4. — γ) *acc. praep.* 1) *ad:* Boeotis quoque sicut prius Achaeis ad societatem -tis 33, 2, 9; voluntarios undique ad spem praedae -verunt 4, 31, 6. — 2) *in:* ex quo -ti sumus simul in civitatem et patres 6, 40, 4; Hispanis prius, postremo et Graecis in civitatem Ram -tis 34, 9, 3; vetere patria relicta in eam, in* quam redierant, nondum -ti 23,31,11; novas (urbes) in societatem -tas (esse) exposuit 27, 7, 2.

b) **i. q. accipio, sumo (mihi) aliquid:** cognomen Imperiosi . . ab ostentatione saevitiae -tum 7, 4, 3; (plebem) parto auxilio imperium quoque . . uram (esse) 4,25,12; (Attalus) regium -ivit nomen 33, 21, 3; neglegendo patrios ritus peregrinosque -do 1, 20, 6.

acc.: nondum *609, 50;* prius *ib. 44; 48;* postremo *ib. 48;* undique *ib. 45.* — ex quo (tempore) *ib. 46.* — pretio *ib. 38.* — ab ostentatione *ib. 54;* ob indolem *ib. 41.* — *oppos.:* neglego *supra 4.*

adscribo. I. **Forma:** adscriberentque *Gr* adliberentq. *P* adhiberentque *ς* 26, 25, 13*.

II. **Signif.** A) **proprie.** a) *aliquid:* -bi autem 'propraetori L. Marcio' (*sc.* rem curae fore) non placuit 26,2,4; ubi tandem Aenus et Maronea et Thraciae civitates -tae sunt? 39, 28, 12; Cato ipse . . multos caesos ait, numerum non -bit 34, 15, 9. — b) *acc. ubi?:* quia -tum in senatus consulto fuerit (*sq. coni.* reiceret) 26, 16, 4; — de Hannibale Poeno et Aetolo Thoante et . . dedendis in hoc quoque foedere -tum est, et ut . . 38,38,18. — c) *acc. dat.:* is cum vetuisset nomen suum decreto conlegarum -bi 38,52,9; foederi -rent ita ratam fore* pacem, si . . 26, 24, 12; ab rege foederi* -ti (sunt) Prusia . . Epirotae, ab Ris Ilienses . . Athenienses 29, 12, 14; — ut censores motis senatu* -rent notas 39,42,6; ut . . -rent* humatis titulum: 'hic siti sunt . .' 26, 25, 13. — d) *acc. de: v. supra 20.*

B) **transl.,** *i. q. refero in numerum:* externos auxiliares dimissos ac* Lacedaemoniis -tos (ita enim vocabant, qui ab tyrannis liberati erant) urbe excessisse 38, 34, 6; — novos colonos . . -re 33,38,13; tertia pars agri dempta est, quo postea . . novos c. -re possent 35, 9, 8; si et ipsi -bi coloni vellent 8, 14, 8; mille -bi (coloni) iussi (sunt) 33, 24, 9; c. -ti 4, 11, 7*; c. missi (sunt), quibus -tis speciem antiquae frequentiae Velitrae receperunt 8, 14, 7. — *acc. quo?:* hi c. Venusiam -runt 31,49,6; c. eo trecentos . . -runt 32,7,3; Puteolos Salernumque et Buxentum -ti c. (sunt) 34, 42, 6; eodem anno Setiam . . novi c. -ti (sunt) 6, 30, 9.

adsecula: eo* revolvi rem, ut aut patricii aut patriciorum -ae (adsaecule *M* adseculaere *P*) habendi tribuni plebis sint 5, 11, 2.

adsensus. a) *subi.:* ingens -us alacritasque cuncta adprobantium fuit 3,54,10. — b) *obi.:* hoc silentium . . omisso militari -u in me audiendo servandum est 7, 35, 2. —

c) *gen.:* per clamorem militarem, indicem omnium -us, gerebantur 7,37,3. — d) *abl.:* eam sententiam ingenti -u accepere 9,45, 13; haec oratio cum ingenti -u hominum -retur 31, 25, 6; Hannibal . . imperator ingenti omnium clamore atque -u appellatus erat 21, 3, 1; raro alias quisquam rex . . tanto favore tantoque omnium -u est auditus 45, 20, 3; omnium ingenti -u audita ea* oratio est 25,29,1; haec vox magno -u audita 37, 1, 10; tanto -u auditum est decretum 38, 60, 7; cum . . favor . . populi plausuque et -u cum vocibus militum certaret 4, 53, 12; plurium -u comprobata [est] sententia 42,62,8*; donati (sunt) . . summo ceterorum -u 38, 23, 11; -u populi excepta vox consulis 8, 6, 7; magno -u patrum plebisque* flaminem in senatum introduxerunt 27, 8, 10; haec . . pollicenti clamore et -u omnes permiserunt, ut 8, 4,12; cum per omnem orationem satis frequenti -u succlamatum esset 42, 53, 1; sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit partim -u, partim indignatione 35,31,13*. — e) *c. praep.* α) *cum:* haec . . cum -u . . acceperunt 45,11,6; causam foederis . . non* cum -u audientium egit 21,10,2; dicentem cum -u Marcius audire visus est *(coni. Mg)* 42, 43, 1*; hanc orationem Virri* plures cum -u audierunt 26, 14, 1; laeti milites cum frequenti -u consulem audiverunt* 38, 12, 5; cum quanto -u audissent verba consulis, ostenderunt 44, 34,6; cum Scaptium non silentio modo, sed cum -u etiam audiri animadvertissent 3,72, 1; cum -u maximae partis est auditus 39, 37, 18; cum magno -u auditus est 45, 10, 12; cum magno omnium -u auditi sunt 42, 38,1; cum -u omnium auditi 35,33,7; orationes cum -u auditae 4,36,1; cum omnium -u comprobata oratio esset 5, 9, 7; haec cum omnium sociorum -u dicta 33, 13, 13; omnia . . exposuit cum ingenti -u, postremo etiam clamore universae contionis 27, 51, 6; Achaei de . . rebus cum -u patrum exposuerunt 40, 20, 2; rex cum magno omnium -u locutus 35,45,1; fremitus ortus cum -u (est) 40, 46, 13; murmur ortum (est) aliorum cum -u, aliorum . . increpantium 32, 22, 1; cum ingenti -u nomen recitatum est 25,4; crebriores . . hae voces et cum haud dubio -u multitudinis esse 24, 27,1; clamore cum ingenti -u est sublatus 14, 9. — β) *in:* omnes in -um consilii sui traduxit 34, 34, 1. — γ) *sine:* haec sine ullius -u cavillante Appio 9, 34, 1.

acc. adiectiva: haud dubius *611, 52;* frequens *611, 31;* satis frequens *611,21;* ingens *610, 51; 611, 3; 4; 5; 9; 43; 50; 53;* magnus *611, 10; 17; 37; 38; 46;* militaris *610, 53;* quantus *611,32;* summus *611,16;* tantus *611, 8; 11.* — *genetivi:* universae contionis *611, 44;* hominum *611, 4;* multitudinis *ib. 23; 52;* maximae partis *ib. 36;* patrum *ib. 45;* patrum plebisque *611, 18;* populi *611,12; 16;* omnium sociorum *ib. 42;* — adprobantium *610, 52;* audientium *611, 27;* — aliorum *ib. 49;* ceterorum *611, 16;* omnium *611, 2; 6; 8; 9; 38; 39; 40; 47;* plurium *611, 14;* ullius *supra 2;* — consilii *611, 54.* — non cum adsensu *ib. 27.* — *syn.:* alacritas *610, 51;* clamor atque -us *611, 6; 20;* favor *ib 8; 12;* plausus *ib. 13.* — *oppos.:* clamor *ib. 44;* indignatio *ib. 24;* silentium *ib. 34;* (increpantium *ib. 49.*)

adsentator: nisi forte -es publicos, plebicolas istos, . . vestra vos causa incitare et stimulare putatis 3,68,10; dominari -es regios 39,27,8; — inter -es regios ante eam diem habitus 31, 25, 10.

adsentatio: improvisum -is genus Scipionem movisse 35,14,12; eos . . decreta plena regiae -is fecisse 45, 10, 11; invectus . . in Athenienses . . -is propriae gratia communem causam prodentis 34, 23, 5; — multitudinis -e immodica pudorem onerantis 31,15,2; — Africani cognomen . . an . . coeptum ab -e familiari sit, parum compertum habeo 30, 45, 6. — inflatus -bus eorum, qui . . iubebant meminisse 24, 6, 8.

adsentor. a) *absol.:* quam securitatem ei magna pars amicorum aut per errorem aut -do faciebat 36,41,1; cum simplicitatem iuvenis . . -do indignandoque et ipse vicem eius captaret 40,23,1. — b) *acc. dat.:* ut ipsi locum -di Ris habeamus 41, 24, 18*; apud vos fuisse audivi, qui -do multitudini* grassarentur 45, 23, 9.

adsentior (adsentio). I. **Forma:** adsentire 1,54,1; adsensum est 24,45,9. — adsentienti *Luchs* adsentiente *S* assentiente *VR* consentienti *P* consentiente *FAld* 27, 26, 11; adsensi erant *Freinsheim* adsenti *V* 41, 24, 19.

II. **Signif.** a) *absol.:* -enti* Crispino . . proficiscuntur 27, 26, 11; -enti omni con-

